

Sigismundus III. Dei Gratia Rex Polonia, Magnis Ducibus Lithua-
 nia, Russia, Prussia, Matoria, Samogitia, Livoniae, &c. nec non
 Svecorum, Gotorum, Vandalorum, & Lethi Rex.

Significamus presentibus hinc nostris, quorum interest Uniuersis et Singulis,
 aditatos fuisse ad Nos, iudiciumque nostrum deorsus Citationum nostrarum
 literis Generosum Melchiorum Weider Oeconomum nostrum Mariaburgensem
 et Capitaneum Directorium de eodem officio, nec non famatos Scultetum
 et Colonos Villa nostra Leissowa in Insula Mariaburgensi maiori sita, pra-
 memorati Capitanei Directorium partem addarentem de causa infra scripta
 bonisque eorum omnibus, ad instantiam famatorum Proconsulis, Consulum,
 ac Magistratus Civitatis nostrae Directorium ad proseguendam et conti-
 nuandam appellationem, a sententia eisdem Oeconomi Mariaburgensis, Capita-
 anei Directorium per eundem Magistratum Directorium ad nos interpo-
 sitam, et per eundem Capitaneum non admissam. Idque in causa et actione
 praememorato Proconsuli, Consulis, ^{totius} Magistratus Directorium per supra
 nominatos Scultetum et Colonos villa Leissow, ratione cuiusdam inua-
 sionis armata manu cum ducentis circiter peditibus in Insulam uulgo
 Kempa dictam sub Civitate Directorium sitam per eosdem Scultetum et
 Colonos Directorium iuxta Priuilegium super eandem Insulam ipsis seruens,
 a plurimis annis pacifice possessam, ibidemque ultra quinquaginta reses
 Virgultorum excisionis, et exinde uolenter erectionis. In qua quidem causa
 nec Directorium declinando, de non alibi praeterquam coram Nobis et iudicio
 nostro conveniri posse allegarent, Praefatus Oeconomus Mariaburgensis, Capita-
 anei Directorium eo animaduverso, quod Conuenti non ratione admi-
 nistratum officiorum suorum, sed ratione turbationis et spolijs conueniret,
 tum quod Controuersia non inter illorum privatos verteret, nec coram
 iudicio civili (de quo Priuilegium Instantiarum loquitur) principium su-
 mit, Turbatio etiam non in flumine Istula, sed in Insula Kempa facta,
 super qua coram Ordinario loci, et utriusque partis in mediato iudice con-
 trouertitur, Proinde Conuentum praetensam declinatoriam nullo
 modo locum habere posse, sed prout in similibus antedactis causis coram officio
 processerunt; Ita etiam in hac non solum intuitu fori Capitanealis, sed
 etiam ratione fundi, in quo turbatio commissa citatos ad institutam

actionem (salvâ ad nos in causa principali appellatione) respondere
tenere decreverat. A quâ sententia cum eodem Conventi ad Nos
prout cassent, eidemq; appellationi per eundem Capitaneum Dirsdor-
viensem delatum non esset, Illi nihilominus Proconsul et Consules
Dirsdorviens, tam memoratum Oeconomum Mariaburgensem, Capita-
neum Dirsdorviens, quam etiam Scultetum et Colonos villa Leysow
partem adhaerentem adprosequendam et continuandam eandem appel-
lationem ad Nos per se interpositam, et non admissam, modo Superius
promisso ad Nos Judiciumq; nostrum aditauerant; prout aditatio-
nes prefata et processus causa istius latius de promissis testantur.
In termino itaq; Iodierno Judij Relationum nraarum propri-
arum, & appellatione, post adinventam per Assessores Judicij nostri
eandem Appellationem denegatam, admissibilem et prosequibilem
fuisse, à sententia eorundem Assessorum Judicij nostri per partem
actoream causa ad nos interposita incidente et ducuntq; continuato,
Partibus prefatis, actorea per Nobilem Andream Janocki, Citata
vero per Nobilem Andream Sepowronski Plempotentes suos. Coram
Nobis comparentibus, eumq; terminum attentantibus, Controversiasq;
suias de adinvento foro coram Oeconomo Mariaburgensi Capiteo
Dirsdorviens agitatae repetentibus; NOS cum Constitutionis nostris
lateri nostro assidentibus eo considerato, quod iure communi, et prius
legio Minorum Civitatum Terrarum nostrarum Prussiae, ac plurimis
decretis in similibus casibus per nos latis cautum est, Magistratus
Civitatum nostrarum ratione in iuriarum et gravaminum, non in
alio foro quam coram Nobis Judicijq; nro conveniri debere, proinde
sententia prefata Oeconomi Mariaburgensi Capiteo Dirsdorviens,
quia forum coram Judicio suo Magistratus Dirsdorviensi adinven-
tum erat retractata, eosdem citatos Proconsulem, Consules, et totum
Magistratum Dirsdorviensem a foro Capiteo Dirsdorviens liberos
et absolutos pronuntiandum esse existimavimus, absolvimusq; et
rei fidem Sigillum Regni nostri presentibus est appressum. Datum

Warsavia feria quarta ante festum Circulationis Sanctae Crucis
proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo decimo octavo,
Regnorum nostrorum Poloniae Trigesimo primo, Suetici vero Vi-
gesimo quinto anno.

Andreas Lipski Ep^s Luceonien^s
Vicecancell. Regni. ~~my~~

Ho^o Reverendi in Christo
Patris Dⁿⁱ Andrea Lipski
a Lippe Episcopi Luceonien^s
Regni Poloniae Vicecancellarij.

(Locus Sigilli)

Joannes Gumowski ~~my~~

Liberatio Magistratus
a foro Capitaneorum.